

# Edward Szafrowski

---

## Posoborowe prawodawstwo kościelne : 26. Decret Kongregacji Obrzędów dotyczący tytułu bazyliki mniejszej

---

Prawo Kanoniczne : kwartalnik prawno-historyczny 13/1-2, 244-249

---

1970

Artykuł został zdigitalizowany i opracowany do udostępnienia w internecie przez Muzeum Historii Polski w ramach prac podejmowanych na rzecz zapewnienia otwartego, powszechnego i trwałego dostępu do polskiego dorobku naukowego i kulturalnego. Artykuł jest umieszczony w kolekcji cyfrowej [bazhum.muzhp.pl](http://bazhum.muzhp.pl), gromadzącej zawartość polskich czasopism humanistycznych i społecznych.

Tekst jest udostępniony do wykorzystania w ramach dozwolonego użytku.

## 26

DECRET KONGREGACJI OBRZĘDÓW  
dotyczący tytułu bazyliki mniejszej

SACRA CONGREGATIO RITUUM  
Decretum. De titulo Basilicae Minoris  
(AAS 60 (1968) 536-538)

DOMUS DEI decorem et pulchritudinem Sancta Mater Ecclesia iugiter promovere studuit; quamobrem numquam destitit aptas edere normas, quibus sacrarum aedium dignitas, iuxta temporum, locorum et gentium condiciones, opportune servaretur et incrementum acciperet. Ceterum christianorum fides et pietas plurimum contulerunt, ut templa, saeculorum decursu exciata, pulchiora et digniora fierent. Praeterea Summi Pontifices iis ecclesiis, quae prae aliis excellerent, peculiaria munera largiti sunt, quae inter, iam amplius centum annos, titulus Basilicae recensetur. Qui quidem titulus nativa ratione intime connexus est cum titulo Basilicae Maioris, a saeculo tantummodo XVIII Basilicis Patriarchalibus tributo.

Basilicae autem Patriarchales, ut omnes norunt, veluti partes Lateranensis Patriarchiae habebantur et sunt; nam, Archibasilica SS. Salvatoris, „caput, mater et magistra omnium ecclesiarum”<sup>1</sup> est ecclesia cathedralis Summi Pontificis, Basilicae vero S. Petri, S. Pauli, S. Lau-

Święta Matka Kościół zawsze zabiegał o ozdobę i piękno Domu Bożego. Z tej racji zawsze wydawał odpowiednie przepisy, dzięki którym mogłaby być zachowana i coraz bardziej ujawniała się godność świętych budowli, stosownie do warunków czasu, miejsca i narodów. Ponadto wiara i pobożność chrześcijan wiele przyczyniły się do tego, by wzniesione w ciągu wieków świątynie stały się piękniejsze i godniejsze. Również i Papieże obdarzali szczególnymi tytułami wyróżniające się spośród innych kościoły, wśród których od przeszło 100 lat wylicza się tytuł Bazyliki Mniejszej. Tytuł ten z natury rzeczy ściśle łączy się z tytułem Bazyliki Większej, który od XVIII wieku przyznawany jest wyłącznie Bazylikom Patriarchalnym.

Bazyliki zaś Patriarchalne — jak to powszechnie jest znane — uważa się i rzeczywiście są jakby częściami składowymi papieskiego pałacu laterańskiego. I tak Archibazylika Zbawiciela „głowa, matka i mistrzyni wszystkich kościołów”<sup>1</sup>, jest kościołem katedralnym Papieża, ba-

<sup>1</sup> *Descriptio Lateranensis Ecclesiae*, 2: ed. R. Valentini G. Zuccetti, Codice Topografico della Città di Roma, III, Roma 1946, p. 335; cf. S. Petrus Damiani, *Epistularum*, lib. II, 1: PL 144, coll. 255—256.

rentii extra muros et S. Mariae Maioris, ecclesiae ad Summum Pontificem peculiari modo pertinentes habebantur.

Cum vero cuncta ecclesiastica Instituta ad mentem Concilii Vaticani secundi condicionibus et necessitatibus nostrorum temporum accommodata sint, Sacra Rituum Congregatio, virorum peritorum votis et consiliis collectis, censuit, omnibus attente matureque perpendens, hunc Basilicae Minoris titulum esse quidem servandum, nova tamen ac ditiore significatione inducta, qua et intimius Petri cathedrae devinciantur, et peculiaris navitatis liturgicae atque pastoralis centrum evadant.

Ad hunc finem assequendum, Sacra Rituum Congregatio condiciones et obligationes ecclesiarum, quae Basilicae Minoris titulo erunt augendae, necnon concessionibus titulo adnexas, accurate recognovit et opportune immutavit.

Quae quidem sunt:

### I. CONDITIONES

1. Ecclesia congruenti amplitudine et artis decore emineat eiusdemque forma liturgicis legibus adamussim respondeat.

2. Consecrata sit.

3. In universa dioecesi quadam celebritate gaudeat, v.g. quia corpus vel insignis reliquia alicuius Sancti canonizati in ea asservatur, vel celebris imago ibidem peculiari

zyliki zaś: św. Piotra, św. Pawła, św. Wawrzyńca za murami i Matki Bożej Większej uważało się za należące w szczególny sposób do Ojca św.

Ponieważ jednak zgodnie z życzeniem Soboru Watykańskiego II wszystkie instytuty kościelne winny być dostosowane do warunków i wymogów naszych czasów, przeto Kongregacja Obrzędów, zasięgnąwszy zdania i rady rzeczoznawców i rozważywszy wszystko uważnie i dokładnie, postanowiła, że wprawdzie należy zachować tytuł Bazyliki mniejszej, wprowadzając jednak nowe i szersze znaczenie, dzięki czemu zostałby podkreślony bardziej ścisły związek z katedrą Piotra i stworzonoby centrum działalności liturgicznej i duszpasterskiej.

Aby osiągnąć ten cel, Kongregacja Obrzędów, dokładnie zreformowała i odpowiednio zmieniła warunki i obowiązki kościołów, które będą otrzymywały tytuł Bazyliki Mniejszej, jak również przywileje związane z tym tytułem.

Oto one:

### I. WARUNKI

1. Kościół winien się odznaczać odpowiednią wielkością oraz artystycznym, a jego forma winna odpowiadać jak najdokładniej przepisom liturgicznym.

2. Musi być konsekrowany.

3. Winien się cieszyć szczególną godnością w całej diecezji np. z racji przechowywania ciała lub znacznej relikwii jakiegoś świętego kanonizowanego lub z racji czczonego

veneratione colitur, vel ipsa ecclesia refertur ad singularem quendam eventum religiosae dioecesis historiae.

4. Vitae religiosae et pastoralis veluti radiationis centrum existat; hinc:

a) sacrae Liturgiae et praesertim Eucharistiae celebratio omnimoda cum dignitate peragatur, quae sit aliis in exemplum, sive ob liturgicarum legum observantiam sive ob actuosam populi participationem;

b) Schola Cantorum ibi habeatur ac praeterea non desit qui fidelium participationem ducere et sustinere queat;<sup>2</sup>

c) sacerdotes numero sufficientes ecclesiae addicti et confessarii paenitentium necessitati, statutis horis, praesto sint;

d) verbi divini praedicatio frequens fiat nec ad homiliam dierum festorum dumtaxat redigatur.

## II. OBLIGATIONES

5. Intra Basilicae fines promoveatur religiosa fidelium institutio, peculiaribus cursibus instructionis, collationum seriebus, ceterisque eiusmodi inceptis.

6. Inter Basilicae opera et incepta plurimum tribuatur studio et vulgationi documentorum, quibus

tam w szczególny sposób sławnego obrazu ewentualnie z tej racji, że sam kościół związany jest z jakimś szczególnym wydarzeniem religijnej historii diecezji.

4. Ma być jakby ośrodkiem promieniującym życia religijnego i duszpasterskiego. Stąd:

a) sprawowanie Liturgii a zwłaszcza Eucharystii winno się dokonywać z pełną godnością, by było wzorem dla innych czy to ze względu na przestrzeganie przepisów liturgicznych czy też z racji czynnego uczestniczenia wiernych;

b) winna być w nim schola kantorów oraz ponadto ktoś odpowiedni do kierowania i podtrzymywania uczestnictwa wiernych;<sup>2</sup>

c) powinna być wystarczająca liczba kapłanów przydzielonych do kościoła a spowiednicy — stosownie do potrzeb penitentów — winni być do dyspozycji w ustalonych godzinach;

d) głoszenie słowa Bożego winno mieć częściej miejsce a nie ograniczać się tylko do homilii w dni świąteczne.

## II. OBOWIĄZKI

5. W obrębie bazyliki winno się dokonywać religijne wychowanie wiernych przez organizowanie kursów dokształcających, serię zebrań i tym podobne poczynania.

6. Wśród dzieł i inicjatyw bazyliki należy przynależne miejsce wysiłkom nad rozpowszechnieniem

<sup>2</sup> Cf. Instr. *Musicam Sacram*, nn. 19—22.

Summi Pontificis mens et magisterium exhibetur.

7. In ipsa Basilica singulari cum solemitate celebrentur:

a) festum Cathedrae S. Petri (22 febr.);

b) festum SS. Apostolorum Petri et Pauli (29 iun.);

c) anniversarium exaltationis Summi Pontificis.

8. In quavis Basilica, pro opportunitate, diebus praesertim festivis, una alterave Missa, sive lecta sive in cantu, lingua latina celebretur<sup>3</sup>. In eiusmodi Missis cantatis gregorianae melodiae vel sacra polyphonia peculiari cura et studio proferantur.

9. In fronte Basilicae Summi Pontificis vel Apostolicae Sedis insignia collocentur.

### III CONCESSIONES

10. Fideles plenariam indulgentiam, suetis condicionibus, acquirere possunt Basilicam diebus infra-scriptis visitantes:

a) in festo SS. Apostolorum Petri et Pauli (29 iun.);

b) in festo Titularis;

c) in dedicatione S. Mariae de Pontiuacula (2 aug.);

d) die ad libitum semel in anno electa.

11. In Missis, in quibus habetur participatio alicuius peregrinationis aut magnus populi concursus, dici potest Credo.

dokumentów, zawierających myśl i naukę Ojca św.

7. W bazylice należy obchodzić ze szczególnym podkreśleniem:

a) uroczystość Katedry św. Piotra (22 lut.);

b) uroczystość św. Apostołów Piotra i Pawła (29 czerwca);

c) rocznicę wyboru Papieża.

8. W każdej bazylice — gdy to jest wskazane — zwłaszcza w dni świąteczne, należy odprawiać jedną lub drugą Mszę św. czytaną albo śpiewaną w języku łacińskim<sup>3</sup>. W tego rodzaju Mszy św. śpiewanej ze szczególną troską i wysiłkiem należy stosować melodie gregoriańskie lub polifonię religijną.

9. Na frontonie bazyliki winny być umieszczone odznaki papieskie lub Stolicy Ap.

### III. PRZYWILEJE

10. Wierni mogą uzyskać odpust zupełny, pod zwykłymi warunkami, gdy nawiedzą bazylikę w wyliczone poniżej dni:

a) w uroczystość św. Apostołów Piotra i Pawła (29 czerwca);

b) święto tytułu (kościół);

c) w święto „Poncjunki” 2 sierpnia);

d) jeden raz w ciągu roku w dniu określonym według uznania.

11. Można odmawiać „Wierzę” we Mszach św. z udziałem jakiejś pielgrzymki lub odprawianych z licznym udziałem wiernych.

<sup>3</sup> Cf. Const. *Sacrosanctum Concilium*, n. 54; Inst. *Inter Oecumenici*, n. 59; Instr. *Musicam Sacram*, n. 48.

12. Signum pontificium, idest Claves decussatae, adhiberi poterit in vexillis, in supellectile, in sigillo Basilicae.

13. Rectori Basilicae super rochetum uti licet mozzetta ex serico nigro cum oris, ocellis et globulis rubini coloris.

14. Ecclesiae, quae titulum Basilicae iam consecutae sunt, conditionibus et obligationibus, de quibus supra in nn. 1—9, pro viribus aptentur.

15. Preces ad obtinendum titulum Basilicae Minoris pro quavis ecclesia, etiam exempta, a loci Ordinario porrigendae sunt, qui de requisitarum conditionum existentia testimonium exhibebit. Ipse Ordinarius in petitione indicabit quot et quae Basilicae in dioecesi iam inveniuntur. Precibus demum adnectantur opuscula, libri, imagines luce impressae, ex quibus ecclesiae forma, structura, condicio, sufficienter illustrentur.

Sanctissimus Dominus Noster Paulus Divina Providentia Papa VI, in Audientia die 6 mensis Iunii decurrentis anni infrascripto S. Rituum Congregationis Secretario concessa, praesens approbavit Decretum et auctoritate Sua confirmavit, statuens, ut ecclesiae, quae titulum Basilicae Minoris in posterum obtinebunt, supra recensitas conditiones praeseferant, et obligationes inde consequentes adimplere valeant.

Quibuslibet contrariis nihil obstantibus.

12. Można używać odznaki papieskiej, tj. kluczy ukośnie złożonych: na chorągwiach procesjonalnych, szatach liturgicznych i na pieczęci bazyliki.

13. Rektor bazyliki może nakładać na rokietę mozzetę z czarnego jedwabiu z obszyciem brzegu, dziurek i guzikami koloru rubinowego.

14. Kościoły, które otrzymały już wcześniej tytuł bazyliki, winny się dostosować wedle możliwości do wymogów i obowiązków, o których mowa w nn. 1—9.

15. Ordynariusz miejsca winien skierować prośbę o uzyskanie tytułu bazyliki mniejszej dla jakiegokolwiek kościoła, nawet wyjątego. On też zaświadczy o istnieniu wymaganych warunków. Ordynariusz zaznaczy w prośbie ile i jakie bazyliki znajdują się już na terenie diecezji. Wreszcie do prośby należy dołączyć broszury, książki, zdjęcia, przedstawiające w sposób wystarczający formę, strukturę i stan kościoła.

Ojciec św., pap. Paweł VI włączył swoją zatwierdził niniejszy dekret na audiencji udzielonej w dniu 6 czerwca b.r. niżej podpisanemu Sekretarzowi Kongregacji Obrzędów, zarządzając, by kościoły, które otrzymają w przyszłości tytuł Bazyliki Mniejszej odpowiadały wymienionym wyżej warunkom i mogły wypełnić wypływające stąd obowiązki.

Bez względu na jakiegokolwiek przeciwne zarządzenia.

Ex Aedibus Sacrae Rituum Congregationis, die 16 Iunii 1968.

W Siedzibie Kongregacji Obrzędów, dnia 6 czerwca 1968 roku.

Benno Card. Gut, Praefectus

Benon Kard. Gut  
Prefekt

L. † S.

† F. Antonelli, Archiep. tit. Idicren.,  
Secretarius

† F. Antonelli, Arcbp tyt. Idykry,  
Sekretarz

27

MOTU PROPRIO „PECULIARE IUS”

dotyczące używania ołtarza Papieskiego w Patriarchalnych Bazylikach Rzymskich

**De altaris Pontificii usu in Patriarchalibus Basilicis Romanis**

(AAS 58 (1966) 119—122)

PAULUS PP. VI

Pap. PAWEŁ VI

PECULIARE IUS, quo sive Romae sive Asiae in Basilicis Patriarchalibus altaris Pontificii usus regitur, plane indicat quae praecipui honoris significationes sint illis Basilicis habendae, ex eo quod ad Summum Pontificem proprio quodam titulo pertinent.

Ex quo singulari iure, ut inter omnes constat, ad harum Basilicarum altare primarium unus Summus Pontifex Sacrum facere potest; nemini vero alii hoc licet, nisi ex ipsius Pontificis venia<sup>1</sup>.

Hoc autem privilegium ex vetere eo usu natum esse videtur, pro quo uni Episcopo attribuebatur princeps

SZCZEGÓLNE PRAWO, regulujące korzystanie z ołtarza Papieskiego w Bazylikach Patriarchalnych czy to Rzymu czy Azji wyraźnie wskazuje na szczególne uprzywilejowanie należne tym bazylikom z tej racji, że stanowią niejako własność Papieża.

Na podstawie tego szczególnego prawa — jak to wszystkim jest wiadome — tylko Ojciec św. może odprawiać Mszę św. przy głównym ołtarzu tych bazylik; nikomu zaś innemu nie wolno tego czynić bez zezwolenia samego Papieża<sup>1</sup>.

Jak się wydaje przywilej ten ma swoje źródło w starej praktyce, na podstawie której rezerwowano tyl-

<sup>1</sup> Cfr. C.I.C. can. 823, § 3.